Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

77

Psalmus 51us In quo gloriantur fideles contra antixpm et complices eius

Propheta in spiritu prvidens antixpm cum toto corpore suo i. vniuersitate reproborum et intelligens eum viriu scelerati de sola se malignitate iactantem cum indignatione redarguit dicens ad antixpe

Quid gloriaris in malicia

tur vis de malis actibus gloriari vnde debes pocius consciencia teste confundi / cum non nisi de bono sit gloriandum et potenciam et honorem existimans operari iniquitatem cum tamen posse peccare non sit posse

Omni tempore vite tue in qua malitia tua propagata est sine intermissione iniusticiam cogitauit cor tuum et lingua tua locuta est et sicut nouacula acuta ita subtiliter et expedite fecisti dolum promittendo beatitudinem terrenorum que beatitudo non est

Non aut tantum fecisti malum sed dilexisti maliciam ex affectu et studio super benignitatem quod est contra naturam quia naturale diligere bonum bonum est enim bona appetere et maliciam odire in quo execrabili morbo comprobaris corruptus illud magis appetibile iudicans / quod naturam et bonos mores accusant

Item dilexisti facere iniusticiam magis quam loqui equitatem

Tu insuper antixpe Vir linguosus et dolosus dilexisti omnia verba precipitacionis et dolositatis ad precipitandum in mortem seruos dei

Propterea deus destruet te in finem eternis suppliciis deputando licet permittit te admodicum regnare hoc modo destruet quoniam primo euellet te tamquam pestiferam plantam auferendo a te dignitatem tuam et post hoc faciet te

Con naturam et bonos mores fa[cit] antixpus